

244 DE PONDERIBVS ROMANIS

Sicilici ɔ. Sextulæ \. Scriptuli 7. Denarij
✕ uel ✕. Victoriati siue quinarij V. Celsus
denarij sextantem, ut & libræ hac nota signat z.
qua de re diligenter aduertendum, ne nos notarum
partes breuiores factæ, ut distinctiones uideantur,
fallant, uel duæ in unam contractæ. nam & sextan/
tis, ut iam dixi, talis est z. & binarum sextularum
huiusmodi 6. alij eandem bis scribunt, sine ulla,
ut mihi uidetur, ratione. Inuenitur præterea quar/
tæ partis semisis, quæ eadem est sescuncia, hæc no/
ta ¼. Octauæ uero, quæ sunt drachmæ sex, ista
⅞. quibus usus est Scribonius Largus. Postre/
mo octauæ partis uncia signum, hoc ⅓.
quod nostrates, drachmam significa/
re uolentes hodie habent
in usu. Tantum
de notis.